

DISS. V.
Seu TOMI I. Pars VI.
DE
CANONICIS GANDERSHEIMENSIBVS.

- Summa. §. I. De origine Canoniorum.
§. II. De officio Canoniorum.
§. III. De distinctione inter Canonicos et Monachos.
§. IV. De Canoniorum auctoritate crescente.
§. V. De Canonicis saeculi XIII. XIV. XV.
§. VI. De Canonicis saeculi XVI.
§. VII. De Canonicis saeculi XVII.
§. VIII. De familia Schraderia.
§. IX. De familia Burchtorfiana.
§. X. De familia Witteniana ac Büttneriana.
§. XI. De familia Berkelmanniana.

§. I.

Augustinus, Episcopus Hipponensis, probavit vitam eorum, qui sese segregant a turba reliqua, quia publicis precibus institutionibusque feruire decreverunt. Ansam inde adripuerunt *Chrodegangus*, *Aquisgranenses Patres*, *Petrus Damiani* aliique, condendi regulas, ad quas viueretur ab eis, qui, laudes diuinas publice canere, suum duxerant. (a) *GOTHOFREDVS ARNOLDVS* (b) de origine Canoniorum haec habet, quae latine dabimus: Praeterea horribilis abusus ex indulgentia *Caroli Magni* succreuit, quemadmodum alias instituta optima imperantium per improbitatem Clericorum in deterrimas consuetudines conuersa sunt. Hic *Carolus* instituebat tunc temporis, ut per singulos Episcopatus et aedes cathedrales quaedam collegia et scholae essent, in quibus apti et solidi homines alerentur, quos vocabant Canonicos, seu Regulares, seu eos, qui singularibus canonibus regulisque vitam accommodarent. Hisce instituebantur opimi redditus ex patrimoniis ecclesiarum, quibus vitam tolerarent, quosque Praebendas vocabant, quia ipsi ei praebebantur ac suppeditabantur. Postquam etiam tum modus cantandi Gregorianus per *Carolum* passim introducebatur, ipse Canonicos iubebat diligentem ei nauare operam et certis horis quotidie in aedibus sacris canere. Quo ipso simul et semel omnia corruptelis repleta sunt: nam actiones horum, pigritiae sectatorum, incantus et clamores meros vertebantur, adeo ut in hunc usque diem redditus splendidi rebus eiusmodi, Deo odiosis, ac inutilibus, impendantur, idque non tantum inter amatores Papae, sed inter sic dictos quoque Reformatos, quo de abominando instituto multi prudentes viri dudum hinc inde conquesti sunt, praecipue quum plerique Canoniorum contra canonem diuinae voluntatis et humanam agant, et pristinae foundationis bona in peccatis sceleribusque abligurant, egenis vero necessaria adminicula subtrahant et denegent. Alucinatus est *ARNOLDVS*, uti solet, in ostendenda Canoniorum origine, idque ex imperitia historiae aevi medii. Origo Germanica enim in anno 752 defigenda est. *BVRGOLDENSIS* eam arcescit ex institutis Augustini, qui floruit ineunte saeculo quinto. (c) Cantum Gregorianum iam a *Pipino* fuisse introductum, ipse *Carolus Magnus* docet. (d) Nec tamen nego, *Carolum* auxisse et euexisse illum cantandi morem. (e) *AVCTOR* translationis

XX XX XX X 2

tionis

(a) Diss. IV. §. 1.

(b) In der Kirchen- und Ketzer-Historie P. I. L. IX. c. 2. §. 8. p. 333. sq. Saec. IX. Vitae Canoniorum insultat *MONZAMBANVS* de statu Imp. Germ. P. II. p. 56. Reformationem vitae Canoniorum apud Protestantes suadet *BVRGOLDENSIS* p. 207. P. II. Notitiae rerum Imperii Romano-Germanici.

(c) P. II. Notitiae rerum Imperii Romano-Germanici Disc. XI. Membr. V. p. 107. sqq.

(d) Capitulari I de a. 789. Capit. XVIII. To. I. Baluziano. p. 239.

(e) *AVCTOR* Vitae *Adriani* apud *MABILLONIVM* To. I. *Musei Italici* P. II. p. 41. *MONACHVS SAN-GALLENSIS* L. I. Vitae *Caroli* c. XI. p. 115. To. II. Du-Chesniano.

lationis S. Viti (f) instituta Caroli Magni, per Saxoniam facta, sic enarrat: Quaesivit Carolus sacerdotes bonae Spei, quos in Saxoniam dirigeret, qui Saxones secundum ecclesiasticam fidem docerent, domos Episcoporum et ecclesias constituerent. ADEMARVS CABANNENSIS (g) de Ludouico Pio, Caroli M. filio: Ludouicus iussit fieri regulam Canonicis, excerptam de diuersis patrum scripturis, decreuitque eam obseruandam a Canonicis, ut, sicut monachi respiciunt ad regulam sancti Benedicti, sic perlegant Canonici inter se librum vitae Clericorum, quem librum AMELERIVS Diaconus, ab Imperatore iussus, collegit ex diuersis doctorum sententiis. Dedit ei Imperator copiam librorum ex palatio suo, ut ex ipsis ea, quae viderentur esse congrua, exciperet. Amalarii opus apud IACOBVM SIRMONDVM est obuium (h) et in concilio Aquisgranensi confirmatum, atque a. 816. iussu Imperatoris descriptum perque omnes ciuitates et coenobia imperii missum, (i) Constituit idem Caesar, (k) ut Canonici tanto ecclesiae viciniore, nec vulgo permixti, habitarent: ideoque aedificia satis, ut tum usus habebat, opportuna construxit: adhuc locus nomen retinet, ut CLAVSTRVM CANONICORVM dicatur. Quid? quod communem eis conuictum aut praescripsit aut persuasit. Vnicus ecclesiae mansus immunis erat ab oneribus et tributis publicis. (l) De ceteris rebus onera publica erant ferenda, a quibus pendendis nonnulla tamen coenobia et Canonicorum conlegia per singularem gratiam fuerant exempta. Canonicorum erat, pro salute Imperii et animis regiae domus, cantilenis quotidianis Deum deprecari. Episcopis erat mandatum, ut non per Canonicos tantum, sed peculiare quoque rectores scholarum, praeparationem ac educationem iuuentutis curarent. (m) Canonicorum erat, Episcopum eligere, vna cum populo metropolis, postquam Regis consensus de libera et canonica electione erat obtentus. (n) Praeter tantum publicum Canonici quoque curabant gubernationem ecclesiae, amplificationem doctrinae christianae et correctiones Episcoporum ac Abbatissarum. Carolus Caluus cessit ius exuuiarum ecclesiis et Canonicis. (o) Sed in Germania id diu mansit Regi reseruatum. Ludouicus Germanicus, sub quo coepit coenobium Gandershemense, vsurpauit electionem Episcoporum et Abbatissarum, si Canonici et Canonicae iure suo abusi essent: (p) et, ne regia excluderetur iurisdictio, antistitibus primis sacris virgam seu baculum Pontificialem tradidit. (q) Ludouico Germanico defuncto, Duces proximi territorii incipiebant adnuere electionibus Canonicis. (r) Si Reges et Imperatores essent in itinere, habebant secum doctorem sacrum aulicum, qui dicebatur Archicapellanus (s) et interdum simul erat Archicancellarius. In templis collegiatis et cathedralibus, praecipue urbium regalium, erant peculiare Canonici, qui sacra Regi faciebant, et inde dicebantur Capellani, videlicet a capella seu aede sacra Regis. Abbatissae, eum posthaec imitatae morem, Canonicos vocarunt suos Capellanos, quia in aede collegiatis, cui ipsae praerant, ac sacrario aulico, ordine debito sacra debebant administrare. Quem in finem olim semper nonnulli Canonici Gandersheimenses fuerunt inaugurati more sacerdotali, et rite ordinati. An Canonici Gandersheimenses eiusdem sint originis, ac ipsa coenobii fundatio; adfirmare nolim. OTTO Illustris, Ludolfi filius, eos instituisse videtur pro anniuersaria sui memoria celebranda et ad hymnos sacros decantandos. Ipse fundauit eo nomine Praebendam, quae deinde dicta fuit Dom-ammeht, quia officii in aede dominica administrandis fuerat dedicata. Electionem Abbatissae ad saeculum XIII vsque peregerunt solae Canonissae. Saeculo autem XV medio Canonici sibi vindicarunt societatem eligendi Abbatissam, et illud ius in hunc diem possident.

§. II.

- (f) Saec. IV. Benedict. §. 4. p. 529. P. I.
 (g) Chronici p. 158. To. II. Labbeano MABILLON in praefatione ad P. I. Saeculi IV. Benedict. §. 181. p. 133.
 (h) To. II. Conciliorum Galliae p. 333. sq.
 (i) AVCTOR Vitae Ludouici p. 363.
 (k) Verba AVCTORIS Vitae S. Aldrici §. VII. p. 388. To. I. Actor. SS. mens. Januar. ad d. VII.
 (l) CAPITVLARE Aquisgranense ad a. 816. Capitulo X p. 565, 66. To. I. Baluziano.
 (m) CONCILIVM PARISIENSE VI. can. XXX. p. 505. To. II. Concil. Galliae Sirmondi.
 (n) CONCILIVM VALENTINVM III. Can. VII. p. 100. To. III. Sirmondi.
 (o) ACTA Concilii Ticinensis et Pontigonensis c. XIV. p. 442. To. III. Sirmondi.
 (p) ANNALES Fuldenses ad a. 856.
 (q) AVCTOR Vitae S. Remberti c. IV. p. 562. To. I. Actor. SS. Mens. Februar.
 (r) REGINO Chronici L. II. ad a. 889. p. 66.
 (s) VGHELLVS To. II. Italiae sacrae, in Vita Godefridi Mutinensis p. 125. sqq.

Templa
 stitum, liberi
 ram recentibus
 plus, Episcopi
 stitum, quae ex
 dicto, Abbate
 raturat. Ha
 su ciuitatis Eu
 gela inducta e
 regularium Pr
 Halberstadensi
 monicorum Re
 Comes Gribel
 nit monasteriu
 Episcopus Hil
 Petrus Canon
 lariam fundau
 Helmstadium
 (l) Wolfgang
 rem. AVCTO
 mul dormirent, n
 conarentur. Err
 nonicos regulares,
 culo inuicem habui
 nis in scriptoribus
 Rufi, quae Auen
 Ea autem congre
 Si Canonici regu
 edenda super lit
 rum Canonicori
 Vindelicorum,
 matriculam cer
 a matre ecclesi
 co, a matrice,
 num confereba
 protrahebantur
 vt curarent reli
 bus diebus circu
 lenstede deporta
 Ecclesia enim ap

- (a) ERKEHARDVS
 Almannic.
 (b) Vnde vestimenta
 (c) Corbiano KHAB
 (d) STULTE in Tr. c
 Augustini c. 1. §. I.
 (e) CHRONICON SA
 (f) LEVCKFELDVS
 (g) CHRONICON H
 p. 491. To. II. L
 (h) MEIBOMIVS in C
 (i) BERTENIVS in C
 (j) To. III. Leibn. p.
 (k) MEIBOMIVS in C
 (l) §. XVII. p. 82.
 (m) To. IV. Criticae H
 (n) MABILLON in Ap
 (o) GERARDVS in Vi
 dem matriculae ab

§. II.

Templa, regiae auctoritatis privilegiis donata, gaudebant *Canonicis*, (a) qui vestitum, liberiolem monachico, gestabant. (b) Officia *Canonicorum* erant varia, quorum recensere potiora. Ipsorum erat, regulam praescriptam obseruare. *Arnulfus*, Episcopus Leonis Franciae, anno 1117 viris accommodauit (c) regulam S. Augustini, quae ex epistola 109 Augustini hausta et virginibus sacris praescripta; a S. Benedicto, Abbate, Indensis Monasterii Benedictino, aucta, et virginibus votiuis attemperata erat. Hanc S. *Vbaldu*, per Honorium II Papam, ineunte saeculo XII, Vmbriensis ciuitatis Eugubinae creatus Episcopus, in Italiam introduxit. (d) Anno 1128 regula inducta est in Angliam. (e) Promouit eam in Germania *Gerobus*, *Canonicorum Regularium Praepositus Reicherspergen* circa annum 1133: *Reinhardus* Episcopus Halberstadenfis: (f) *Bruningus*, electus anno 1116 Episcopus Hildesienfis, conditor *Canonicorum Regularium Augustinianorum* in *Sulta* prope Hildeshemium: (g) *Theodorus* Comes Gribensis, qui cum coniuge sua *Amelrada* in Episcopatu Magdeburgico fundauit monasterium *Ammensleue* pro *Canonicis regularibus Augustinianis*: (h) *Bertoldus* Episcopus Hildesienfis, qui instituit eos in villa *Bakenrode*, nunc *Marienrode* dicta: (i) *Petrus* *Canonicus Goslariensis*, qui anno 1126 monasterium *Richenbergense* ad *Goslariam* fundauit: (k) *Wulframus*, Abbas *Werthinensis*, qui ecclesiam *S. Mariae* ad *Helmstadium in Monte* anno 1176 struxit pro regulari vita *Canonicarum S. Augustini*. (l) *Wolfgangus Ratisponensis* sub *Ottone II* introduxit vitam *Canonicorum arctiorem*. *AVCTOR* eius *Vitae*: (m) *Disposuit*, ut *Canonici in refectorio simul comederent, simul dormirent, ne claustrum incongruis horarum spatiis egrederentur, ne silentii statuta frangere conarentur*. Errat igitur *ANTONIUS PAGI*, qui ad annum 1039 haec (n) habet: *Canonicos regulares, qui communi domo, communi mensa, ac communibus bonis vtuntur, hoc saeculo initium habuisse, certum tandem esse debet. Nulla enim ante haec tempora huius institutionis in scriptoribus ecclesiasticis adparent vestigia*. Concedi id potest de congregatione *S. Rufi*, quae *Auenione* hoc anno extra muros *Auenionenses* in ecclesia *S. Rufi* exorta est. Ea autem congregatione regulari nullam fuisse antiquiorem, pro falso reputari debet. Si *Canonici regulares* quem reciperent in societatem suam, candidato professio erat edenda super libello tradito, qui regulam continebat, (o) et album seu seriem in scripto *Canonicorum*, qui vocabantur *Matricularii*. (p) *Vdalricus*, Episcopus *Augustae Vindelicorum*, qui sub *Ottone Magno* floruit, moris illius auctor est, quo nouitii in matriculam certam referebantur. *Matricula* nomen fuit indepta, si nonnullis credimus, a matre ecclesia seu metropoli, vel ecclesia cathedrali ac collegiata; si quid ipse iudico, a matrice, receptatrice nascendorum hominum, qua cum libellus seu series hominum conferebatur, qui edebantur quasi ex matrice in lucem et ad dignitatem sacram protrahebantur. Secundum officium, *Canonicis* proprium, in eo olim erat positum, ut curarent reliquias sanctorum. *Canonici Gandersheimenses* consueuerant solemnibus diebus circumferre illas per cimiterium, et quotannis semel eas ad pagum *Hollenstede* deportare. Origo ritus ad vltima noui testamenti primordia est referenda. Ecclesia enim apostolica notauit diem martyrii et martyrum conseruauit reliquias. Ex-

X x x x x 3

em-

- (a) *EKKEHARDVS* iunior de *Casibus monasterii S. Galli* c. I. p. 21. To. I. *GOLDASTI* script. rer. Alemannic.
 (b) Vnde *vestimentum Canonicum* velut liberum et laicum distinguitur a *monastico* l. c. p. 14.
 (c) *Corbianus* *KHAM* *Hierarch. August.* relat. 1. observ. 2. p. 3.
 (d) *STOLTE* in *Tr. de Praecedentia controuersa Monachos Benedictinos inter et Canonicos regulares S. Augustini* c. 1. §. IX. p. 13.
 (e) *CHRONICON SAXONICVM* ad a. 1125. p. 229.
 (f) *LEVCKFELDIUS* in *Antiqq. Blankenburg.* §. 20. p. 24. sqq.
 (g) *CHRONICON Hildesheimense* p. 746. To. I. *Leibn.* *BVSCHIVS* de *reformatione monasteriorum* c. XIII. p. 491. To. II. *Leibn.*
 (h) *MEIBOMIVS* in *Chronico Bergensi* n. XV.
 (i) *BERTENIUS* in *Chronico Marienrodensi* c. IV. p. 436. To. II. *Leibn.*
 (k) To. III. *Leibn.* p. 426. 751.
 (l) *MEIBOMIVS* in *Chronico Riddagsbusano* n. IX.
 (m) §. XVIII. p. 822.
 (n) To. IV. *Criticae Historico-chronologicae in Annales Baronii* ad a. 1039. n. VIII. p. 157.
 (o) *MABILLON* in *Appendice To. IV. Annal. Benedictin.* n. LXXVI. p. 747. sq.
 (p) *GERARDVS* in *Vita Vdalrici* c. III. §. 14. p. 426. *Curj* *quotidianus cum matriculariis in choro eodem matriculae ab Vdalrico cante obseruabatur.*

emplo est monumentum ecclesiae Smyrnenlis apud *EVSEBIUM*, (q) quod integrum dedit *Vsserius*. Ecclesia tamen facta est, sese cultum religiosum non nisi Deo exhibere. Martyrum et confessorum dies emortuales anniuersaria commemoratione celebrabantur, et ei, quorum animae habebantur sanctae, referebantur in album, quod *diptychon* vocabant. *CYPRIANVS*: (r) *Denique et dies eorum, quibus excedunt, annotatae, ut commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare possimus.* *IDEM* (s) alibi: *Sacrificia pro eis martyribus semper, ut meministis, offerimus, quoties Martyrum passiones et dies anniuersaria commemoratione celebramus.* Enata inde sunt Martyrologia, quae successu temporis varie sunt interpolata, ut augeter numerus martyrum, et religioni inde christiana conciliaretur argumentum fortius. At haec tamen mendaciis non indiget. Accessit lucri bonus odor ex re qualibet et ambitio protecclesiastarum. Ex eo factum, ut cupiditas reliquiarum sensim omnes conriperet. Transalpini saeculo VIII Romanam ecclesiam prae aliis coluerunt, et Romanos sollicitarunt Pontifices ad dandas ipsis reliquias. *BURNETVS*, *MISSONVS*, et *IOHANNES MABILLONIVS*, sub nomine Eusebii Romani scribens epistolam ad Theophilum Gallum de cultu ignotorum sanctorum, contenderunt, ossa ex catacombis et sepulcris gentilium deprompta fuisse maxima ex parte, quae circumferantur pro reliquiis sanctorum. Intererat *Marci Antonii BOLDETTI*, a Clemente XI in custodem sacrarum reliquiarum electi, ne isthaec a trium viris adlata viderentur vera. Quare edidit Romae 1720. fol. *Osseruationi sopra i Cimiterii de, santi Martiri et antichi Christiani di Roma*, (t) in quibus praecipue sepulcra sanctorum, et martyrum, per territorium Romanum obuia, recenset, et auctores laudatos refellere conatur. Apud nostrates eminebant ossa Innocentii, et Anastasii: Iohannis Baptistae quaedam partes: particula de tunica Christi eiusque sanguine. Vnde illa tunica? *CHRONOGRAPHVS SAXO*: (u) *Tunica Domini in Zaphat procul ab Iherusalem in archa marmorea reperitur, quae a Gregorio Antiocheno et Thoma Iherosolimitano et Iohanne Constantinopolitano et aliis multis Episcopis Iherosolimam reducta, posita est in Ecclesia, ubi crux Domini adoratur.* Quoties illae lustrabantur ab exteris reliquiis, lucella nonnulla altaribus solebant imponi, quae eis sanctis fuerant sacrata. Praeterea Canonici cum reliquiis, aqua benedicta et precibus, funeri occurrebant, in primis si diuites tumularentur. (x) Tertium officium Canoniorum versabatur in celebranda anniuersaria benefactorum memoria per inuocationem eamque Angelorum, Martyrum et sanctorum meritis fieri solitam. Ut ethnici olim heroas et viros eximios publica consecrauerant (*) religione, et per merita eorum sancte habita miseris suppetias ire et mederi sperabant; ita Angelos et Martyres, sacerdotumque praesides ac benefactores, Christiani inde a saeculo quarto summis euexerunt honoribus, et sollicitata eorum apud Deum deprecatione sibi suisque prodesse studuerunt, quum magis magisque ipsi vnionem cum Deo excuterent. (y) Primo Episcopi et Canonici nouos poterant creare sanctos, quos inuocarent. Pontifex autem Romanus anno 993 ipse primam canonisationem seu consecrationem adhibuit in euehendo inter Diuos S. Vdalrico, Augustano Episcopo, qui anno 863 obierat. Paullatim aula Romana potestatem illam sibi soli adtribuit. Dux *IVLIVS* noluit tandem, ut Gandersheimenses Canonici Missas et inuocationes pro defunctorum memoria continuarent, ratus, sufficere cultu sacro hymnos de tempore et Psalmos Dauidicos. Factum id 1568. 1 Augusti. Oppidani Eldagenses alique ideo repetierunt nummos, Canonici datos pro anniuersariis memoriis. Sed verba ipsis reddita. Quartum officium Canoniorum consistebat in decantandis hymnis sacris et Psalmis Dauidicis. Ritus ipse substitutus erat cantui Phonscorum veterum, ad propagandam religionem christianam, et ad excitandas hominum mentes. Cantus primo erat *Gregorianus*, dein *Aretinianus*. Septem Canonici

(q) H. E. L. IV. c. 15.

(r) Ep. XII. p. 12. sqq.

(s) Ep. XXXIX. p. 77.

(t) *ACTA Erud. Germ. Lips.* Part. LXXXI. p. 607. sq.(u) Ad a. 602. p. 92. *CHRONICON S. Medardi Sueffionis ad a. 5590. LEIBNITIVS* in Praefatione ad *Chronicon Alberici*.(x) *GERARDVS* in Vita Vdalrici c. XXIV. §. 65. p. 450. *Matricularii cum crucibus et aqua benedicta - - appropinquanti funeri Adalberonis occurrerunt.*(*) *Iohannes Daniel SCHÜPFLINVS* de Apotheosi siue Consecratione Imperatorum Romanorum Argentorati 1730. 4.(y) *MYSSARDVS* in *Collatione cerimoniarum veterum et recentium* C. VII.

DI
nonici senio
bus iellis et li
mendile cum
liqui Canonici
per vices adpa
Hymnum cantu
cerdos adiunxi
noniae exorla
poro Gloria pa
alternis vicibus
cae solae cecine
Canonicae Mil
officio Missae C
choarunt intro
sacerdos Missa
Missam interd
nam Margareta
ipsa, Abbatiss
nutum esse seq
reformatio toties
litteris, ad Caj
po Paderbornen
gionem, odiis e
Consultaba
tus Canoniarum
Canonicas coepit
fumendae a Can
mox aduenturos
Decanam Marga
de continuatione
ni vespera refor
genis, D. Jace
Brunsvicensis,
nomicum fecerit
fragia sanctoru
cantandis matu
rant Principes f
gravius Hassiae.
pus a cantu can
cordante cum D
antiphonis nonnu
bo patrum, et al
officium spectauit
saluti benefactorum
adiecta fuit, firmis
se praebente Gregor
Egregium Missae qu
verum, cui inesse sa
impositum. Anno
gulari inferebatur (a
Hamelmanno, qui
petuo coruscum, e
in tutela fraternitatu
aliter non essent, (b)

(c) *TRIBBECHOVIVS*
(d) In Libro L de impro
nostri.
(e) *GLABER RODVLI*

nonici seniores alternis vicibus per singulas hebdomadas heic celebrarunt Missam. Diebus festis et solemnibus Abbas Cluvinensis Missam celebravit in aede collegiata et de meridie cum ministris reliquis sacris prandit in castello Gandersheimensi. Quatuor reliqui Canonici cum Canonicabus cecinerunt, et Missam inchoarunt, ac ad altare ipsi per vices adparuerunt ministrantes. Duo Canonici cecinerunt *versum* et *Gloria patri*. Hymnum cantarunt Canonicae et Canonici, alternis versibus, nec non *Magnificat*. Sacerdos adiunxit *collectam* et Canonicae clausulam *Benedicamus*. Ad Missam in festis Canonicae exorae sunt decantationem: Canonici subiunxerunt *versiculum*; Canonicae porro *Gloria patri*. Canonici deinceps repetierunt *introitum*. Canonicae et Canonici alternis vicibus cecinerunt *Kyrie*. Canonici soli addiderunt: *In terra et Graduale*. Canonicae solae cecinerunt *Hallelujah*. *Sequentia* alternis vicibus, Canonici soli: *Credo in unum Deum*. Canonicae Missam cantando peregerunt. Ita factum est, quoties Canonicae in vespera et officio Missae Canonicae inceperunt: *Deus in adiutorium meum intende*; et quoties ipsae inchoarunt introitum ad Missam. Quae si facere omitterent, Canonici non cecinerunt, sed sacerdos Missam legit. Diebus non festis nec dominicis Canonici Missam soli cecinerunt. Missam interdixit Dux IVLIVS 1568. 1 Augusti. Consuluerunt Canonici statim Decanam *Margaretam de Clum*, tum *Herisii* agentem: num esset adfentiendum? Respondit ipsa, *Abbatissae* munus esse, haec curare; Ducem haud ferre contradictiones, ipsius nutum esse sequendum: *hanc reformationem esse inevitabilem et duraturam, quia in Papatu reformatio toties promissa nunquam peragatur*. Haec suavit et sensit *Margareta Pontificia* in litteris, ad Capitulum ad 8. Septembris datis. Metuebat sibi ipsa *Margareta* ab Episcopo *Paderbornensi* et consanguineis *Bohemicis*, ne, si *Lutheranam* amplecteretur religionem, odiis et insectationibus exciperetur.

Consultabant anno 1566. Canonici de eo, quod iustum et decorum foret, reditus *Canonicarum Capitulares ad fabricam* reuocari, quia ipsae horas non frequentare *Canonicas* coepissent. Intercessit conatibus *Abbatissa de Columna*, et spem fecit resumendae a *Canonicabus* cantionis *canonicae*. Anno 1568. Canonici, praesentientes, mox aduenturos esse a Duce *Serenissimo Iulio* consiliarios reformationis, consulunt *Decanam Margaretham de Clum*, *Abbatissam Herisensem*, quid ipsa fieri decerneret de continuatione horarum *canonicarum*. Exeunte anno, 10 Nouembris, in *S. Martini* vespera reformatores, *D. Bertholdus Reiche*, ceterique, nempe *Petrus Abbas Bergensis*, *D. Jacobus Andrae*, seu *Schmidelinus*, *D. Martinus Kemnicus* *Superintendens Brunsvicensis*, ac *Curtius de Swichelde*, iussu *Serenissimi Ducis Iohannem Struvium* *Canonicum* fecerunt certiorum, ipsum cum collegis *Duci* gratissimum facturum, si suffragia sanctorum haud amplius cantilenis *canonicis* exoraret, sed adquiesceret in decantandis matutinis et vespertinis *hymnis de tempore et odis Davidicis*. Idem flagitauerant *Principes foederis Smalcaldici*, eorumque *Dux*, *Philippus Magnanimus*, *Landgravius Hassiae*. Sed nemo eis dicto fuerat audiens. Cessatum potius fuerat ad tempus a cantu *canonico*. Nunc vero immutatio cantus publici non potuit euitari, concordante cum *Ducis Iulii* consiliariis *Abbatissa*. Nec tamen infitari licet, hymnis et antiphonis nonnullis inhaerere adhuc venerationem sanctae crucis, doctrinam de limbo patrum, et alia inter *Lutheranos* non penitus recepta. Quintum *Canonicorum* officium spectavit eo, ut *Missam* pro defunctis ac viuis celebrarent, vigilias agerent, ac salutem benefactorum precibus suis confulerent. Inuocatio illa sanctorum, quae *Missis* adiecta fuit, firmissimas quondam radices egerat in animis hominum, obstetricem sese praebente *Gregorio Magno*, (z) confirmante *Carolo Magno* (a) et ecclesia Romana. Egregium *Missae* quondam *Gandersheimii* celebratae decus et ornamentum addidit *vitrum*, cui inesse *sanguis Christi* putabatur, altari summo iuxta *pyxidem* venerabilem impositum. Anno 1569 in *vigilia Laetare* *sanguis* ille sanctus, e *pyxide* desumptus, singulari inferebatur *scrinio* et a conspectu *populi* subducebatur, monente sic *Licentiate Hamelmanno*, qui quoque iussit *lumen*, a *catena* in medio templo dependens ac perpetuo *coruscum*, *extingui* et *amoueri*. Sextum officium *Canonicorum* consistebat in tutela *fraternitatum* et *asyli*. Qui enim *poenas* commeruerant, dummodo *perduelles* non essent, (b) ad *templa cathedralia* et *collegiata* confugiebant, ac interdum

(z) TRIBBECHOVIUS lib. de Scholasticis c. VI. p. 260. sq.

(a) In Librol. de impio imaginum cultu c. 20. p. 129. L. II. c. 21. p. 218. ed. Heumannii, fautoris nostri.

(b) GLABER RODVLPHVS L. IV. Hist. c. V. p. 45.

adrepto altari vel funiculo campanario, ceruicibus circumligato, sese homines ecclesiae fore profitebantur. Hi vilioribus praestationibus erant subiecti, quae vocabantur *commendae*. Locus, in quibus ius ipsis dictum et ubi officiis suis defuncturi numos soluebant frugesve reddebant, *Commenda* (*) vocabatur. Huic praesidebat *Commendataria*. Veneratio coenobiis ac Praelaturis conciliata crucibus, super porta editisque in locis erectis. (c) Ad has festinabant rei et malefici, ut ibi cum latrone, in crucem suffixo iuxta Iesum, solatia inuenirent. Septimum Canonorum officium consistebat in munere singulari domestico. Hic erat *notarius* seu scriba Capituli: ille *Archivarius*: alius rationes accepti et expensi computabat: alius curabat aedificia templi et scholarum: alius iura nonnulla dicebat. Nonnullis datum est id officii, ut scriberent historias, ut scholas alerent exteriores, quae solebant dici *canonicae*. (d) Quum Dux Serenissimus anno 1568 paedagogium Gandersheimense esset exstructurus, salubre ipsi visum est fore institutum, si Canonici in eo instituerent iuuentutem. Anno 1570. 26 Maji D. Iacobus Andreae, D. Selneckerus, summus praefectus Zacharias Robbel, Otto de Hoim, et Henricus Krone praefectus Gandersheimensis a Duce illo gloriosissimo ad Abbatissam Magdalenam de Clum missi sunt, ut ipsa consentiret conatui Principis optimi. Ipse enim erat denominaturus Canonicos et Vicarios, ab Abbatissa confirmandos, qui in nouo paedagogio bonas artes, scientias, linguasque docerent studiosam iuuentutem. Dominica post octauam corporis Christi, Doctores illi, Hamelmannus quoque et *Secretarius* Guelferbitanus *Ebener* in chorum templi accedebant, orantes, ut Capitulares, senioribus exceptis, praelegerent Graeca et Latina quotidie in paedagogio. Tilemannus Schraderus liberabatur ab hoc officio, quia verba sacra ad populum in aede collegiata facere solebat. *Menneke* et *Done* deligebant professionem Grammaticae vel Syntaxis, et Catonis. Quo promisso publice declarato, Dux Iulius vniuersos conuiuio excipiebat in castro. *Thomas Schnor* varia conflictabatur valetudine, in quam poterat causam neglectarum praelectionum conicere. *Ioannes Seruue* erat satis doctus. *Ioannes Schnor* erat ingeniosus et subtilis Dialecticus. *Dohnius* erat alphabetarius. *Tilemannus Schraderus* valebat ingenio et memoria, sed vitae erat dissolutae. *Ioannes Eggerdes*, ob aleae crapulaeque studium, ab Abbatissa erat depositus, posthaec receptus. *Thomas Steinla* iudem carebat beneficio suo. Verum nemo horum stetit promissis, quum Abbatissa lites nectere coepisset contra *DUCEM SERENISSIMUM*. Institit Dux 9 Septembris, et conuocatos in arcem Canonicos monuit de inchoandis praelectionibus publicis. Sequenti die Dux in templum conlegiatum venit, et Canonicos, cantare intermittentes officioque eo defunctos, adhortatus est de seruandis promissis et redditibus paedagogio concedendis. Tum ceteri, Hamelmannum intuiti et ad causam suam perorandam nutu sollicitantes, nihil responderunt. Hamelmannus vero liberius excusauit Canonicos, et, plerisque eorum absentibus, nihil certi posse statui, dixit. Ex eo temporis articulo Hamelmannus excidit omni Ducis tanti gratia, et litium coepit calamitas, quae demum anno 1588. 6 Februarii fuit composita. Inter haec Paedagogium effloruit in Academiam Helmstadiensem, et Dux satis habuit, si Canonici tantum canonicum cum professione doctrinae Lutheranae coniungerent. Memoria non est indignum, Canonicos iam saeculo XIII a regula descivisse et saecularem amplexos esse ordinem. Philippus, Landgravius Hassiae, eos anno 1543 iussit fugere concubinatum et uxores ducere. Henricus vero iunior significauit eis, sibi gratissimum fore, si persisterent in religione veteri et coelibatu. Consuetudines, quas respiciunt Canonici, sunt anno 1419 et 1462 introductae et confirmatae. Olim nonnulli ipsorum sacra faciebant in aede collegiata, in templo S. Georgii, Kirchbergensi in pago, in coenobio S. Mariae et alibi. In primis a Walburge Abbatissa obtinuerunt *ius patronatus* S. *Georgianum*, et introductionem inauguralem ecclesiae S. Marci. Curarunt iam olim scholam canonicam, eique praefecerunt, mercede annua proposita, magistras artium liberalium. Si qui sunt, qui cum *Monzambanio* (e) carpunt vitam Canonorum; eorum est, se suosque ita adsuafacere, ut extra maculam omnem sint positi. Sic enim exemplis adsequuntur, quod verbis frustra laniant, quique illud obliui sunt: *Quisque suos patimur manes*. Qui de reformatione vitae Canonicae scripserunt, non eadem sentiunt. Politi-

(*) *Kemna ex caminata* hodie vocatur locus, qui olim *camino* inseruit.

(c) *AVCTOR Vitae Meinweri* c. 114. p. 561.

(d) *EKKEHARDVS* iunior de *Casibus monasterii S. Galli* c. I. p. 13. To. I. Goldasti.

(e) De statu Imperii Germanici c. II. p. 56.

DIS
ci omnia ad
hominibus, q
scipulis fauent
Docti rei liberis
haec fatiseri sol
dam mentem vi
fistaram ultra p
uentum pietati
delectat ecclesi
arum literaru
libentur. Sec
demiae Iuliae ad
dis fuit consultu
pitulares non r
tingit, si haec

Monachi
iunctis sese inci
ni, si Augustin
gula S. Benedict
celliones et refor
dictus est *ordo* Fi
guntinos. Quum
adulit Guillelmu
meliora instituta r
dumensi, qui Belg
commilitonibus sui
runt Odilo et Hug
su *ordo* breui factu
damnatos ex infer
IV laborare coepi
gorius X in conc
confirmaret; pr
Canonici autem
nestis quidem,
templis, quae p
laxiorem: 5) lice
possederunt et vi
bat pueris, indol
(f) *canonica*. Om

Quum redit
ritas Canonorum.
(a) ad exsequias eor
gibus, et Ducibus es
merunt: Episcopis
bus suae auctoritati
XIII et XIV suae cur
schwert, ineunte sae

(a) *MABILLON* de re a

(b) *Antonius Maria* 50

Lips. To. VI. Suppl.

(c) *EKKEHARDVS* IV.

(d) *Ibidem* p. 14.

(e) *Ibidem* p. 21.

(f) *Ibidem* p. 13.

(g) Id patet ex historia e

(h) Primo quidem rege a

(i) *AVCTOR* *trionphi* S.

ci omnia addicunt aerario Principum. Ecclesiasticae redditus Canonorum destinant hominibus, qui verba sacra pro suggestu faciunt. Homines de schola subleuandis disciplinis fauent. Mystici emendationibus animorum sumtus externos hosce deprecant. Docti rei librariae et litterariae hinc exoptant augmenta. Verum singulis horum desideriiis heic satisfieri solet. Cantilenae sunt Dauidicae et Apostolicae. Hymni ad emendam mentem vnice pertinent. Crescit in dies bibliotheca. Consulitur redditibus ecclesiasticarum vltra pensum et numerum de iure statutum. Aluntur praeceptores, qui iuuentutem pietate et linguis disciplinisque imbuant. Penduntur nonnulla Principi, vt defendat ecclesiam et conseruet. Quare nil restat, nisi vt lucidior translatio latina sacrarum litterarum introducat & hymni Germanici aliquot optimi loco latinorum adhibeantur. Sed eorum consilio haec sunt mutanda, qui ea potestate pollent. Academiae Iuliae adplicati sunt redditus coenobii S. Mariae. Ita etiam scientiis prouehendis fuit consultum. Quinam igitur finis salubrior excogitari potest, quem redditus Capitulares non respiciunt et adungunt? Censura ARNOLDI nostros non admodum stringit, si haec ad iustam animi lancem reuocauerimus.

§. III.

Monachi habitu praescripto vtuntur, cibum capiunt in vno coenaculo, domiciliis iunctis sese includunt, et ad regulam adstricti sunt. Regula antiquissima est S. Martini, si Augustini dogmata nonnulla huc facientia excipis. Eiusdem fere aetatis est regula S. Benedicti, quae ferme vniuersalis euasit vsque ad saeculum vndecimum. Accessiones et reformationem addidit S. Bonifacius, fundator Abbatiae Fuldenfis. Inde dictus est *ordo Fuldenfis*, qui dedit viros doctissimos & permultos Archiepiscopos Moguntinos. Quum mores rursus labarent in coenobiis, saeculo XI ineunte medicinam adtulit Guillelmus Abbas Diuionensis piissimus, qui monasteria amplius duodecim ad meliora instituta reuocauit, adiutus ab aequali et operis consorte Richardo Abbate Viridunensi, qui Belgicae primae splendorem Benedictinae disciplinae rediuium (a) cum commilitonibus suis restituit. Cluniacensem Ordinem vel amplificauerunt vel instituerunt Odilo et Hugo Abbates sanctissimi, quorum emendata viuendi ratione *Cluniacensis ordo* breui factus est illustrissimus, quippe qui tantae putabatur esse sanctitatis, vt damnatos ex inferno liberare crederetur. Regulis et ordinibus Oriens inde a saeculo IV laborare coepit. Idem contigit inde a fine XI saeculi in Occidente, adeo vt Gregorius X in concilio Lugdunensi anno 1274 ordinem Dominicanum et Franciscanum confirmaret; prohiberet autem de cetero, ne plures in posterum constituerentur. (b) Canonici autem 1) delicatius edebant et bibebant: (c) 2) vestimentis utebantur, honestis quidem, sed ad formam Laicis communem factis: (d) 3) additi tantum erant templis, quae priuilegiis regiae auctoritatis erant firmata: (e) 4) regulam adhibuerunt laxiorem: 5) licet ex communibus reddituum summis alerentur, sensim tamen propria possederunt et victum communem deseruerunt. 6) *Schola* monasterii interior inferuiebat pueris, indole monachica praeditis, et distinguebatur ab *exteriori*, quae vocabatur (f) *canonica*. Omitto differentias complures.

§. IV.

Quum redditus ecclesiarum cathedralium creuerunt, creuit quoque auctoritas Canonorum. Adrogarunt sibi sensim electionem Episcoporum et Abbatissarum: (a) ad exsequias eorum coepit aes Campanum cieri, (b) quod olim Imperatoribus, Regibus, et Ducibus erat proprium: Monachis vbique praeponi maluerunt idque obtinuerunt: Episcopis et Abbatissis electis praescripserunt et iniunxerunt praecepta, quibus suae auctoritati redditibusque suis prospicere solent: Archiua ecclesiarum saeculo XIII et XIV suae curae demandata esse crediderunt. *Wilhelmus*, cognomento Langschwert, ineunte saeculo XIII de potentia Canonorum nimis audacter: (c) *Pereat, qui*

Y y y y y

tan-

(a) MABILLON de re diplomatica L. I. c. 6. §. 3. p. 23.

(b) Antonius Maria BONVCCI Jesuita in *Historia del Pontifice Gregorio X.* p. 18. et inde ACTA ERVD. Lat. Lips. To. VI. Suppl. Sect. II. p. 7.

(c) EKKEHARDVS IVNIOR de casibus monasterii S. Galli c. I. p. 12. 13. To. I. Goldasti rer. Alemann.

(d) Ibidem p. 14.

(e) Ibidem p. 21.

(f) Ibidem p. 13.

(a) Id patet ex historia ecclesiarum cathedralium et collegiatarum.

(b) Primo quidem rege adueniente: dein eo obeunte: defuncto Episcopo &c.

(c) AVCTOR triumphi S. Lamberti Martyrii c. XIV. p. 630.

tantam potestatem contulit sacerdoti! Orti tunc quoque sunt *Trinitarii*, qui tertiam partem reddituum liberandis captiuis tradebant. (d) Hi in *Bulla de Coena Domini* diris deuouentur.

§. V.

Saeculo XII coeperunt *Canonici*, *Aduocatus*, et *Notarius*, Diplomatum subscribere. Saeculo XIII praecipue sub Margareta Plessiaca ipsi munierunt assensionibus suis decreta publica. Adquisierunt quoque sibi redditus peculiares, et saepius prospexerunt ancillis suis. Saeculo XIV fundationes et constitutiones roboratae sunt consensu Capituli, exigente publica utilitate. Anno 1406 *Elisabeth* Praeposita, *Beata Decana* et *Ermgardis* custos tradiderunt Capitularibus in perpetuum clauis Archivi et priuilegiorum curam, cui antea praeerat Praeposita. Consensit Abbatissa *Sophia* III. Anno 1337 *Ecbertus* de *Stockem* famulus Capitulo tradit bona sua in *Rickelshufen* ad tempus pro remedio animae suae et XXXVIII marcis puri argenti, quas *Wedekindus de Garslebule* in sui expiationem donauerat ecclesiae. Anno 1350 *Bertholdus* de *Oldwerdeshufen* et *Didericus* de *Stasforde* responsum iuridicum *Canonici* suppeditant contra *Bruningum de Gandersheim*. *Iohannes* et *Hermannus* milites, *Thomas* et *Ludolfus* armigeri dicti de *Oldershufen* anno 1372, testibus *Tiderico* et *Iohanne* de *Gittelde* militibus, duos mansos plane immunes altari S. Bartholomaei adsignant in perpetuum. Anno 1397 *Henricus* et *Ianus*, fratres de *Linde*, Capitulo oppignorant sex mansos et quadrantem decimae in *Wartkenstede*. Testes sunt *Henricus de Linde*, eques, *Lodeuicus*, *Curtius* et *Boldeuinus* fratres dicti de *Linde*. Anno 1418. 28 Sept. *Hildebrandus* et *Bertholdus* fratres de *Oldershufen* oppignorant Arndio de *Roringe*, Canonico, domum immunem inter curias *Godeschalci* et *Gerhardi de Gandershem*. Testes *Ludolfus Praepositus Eimbecensis* et *Hermannus senior*, fratres de *Oldershufen*.

Anno 1420 *Ilse* Praeposita, *Beata Decana*, *Ermgarda* custos, *Alheidis* Scholastica & Capitulares, consentiente Abbatissa, oppignorant Praeposito *Eghardo de Hanenze*, *Iohanni de Soltaw* Decano, *Henrico de Langlehen* & Capitulo cathedrali *Hildefiensis* X. mansos ad *Eggelsen* minus 40 libris et 100 numis *Peinensibus*.

Atque vt carptim potiora recenseamus, quorum nostra interest et notitiae publicae, a *IONA* ordiri placet. Is a. 1553. 12 Febr. natus, litteris degustatis in bellum profectus est Belgicum, ac, hoc mox finito, quaesturae Ducali praefuit coenobii Heiningensis prope Guelferbitum, quod a. 1643. virgines votiuas recepit Pontificias. Elapso inde triennio, Dux ipsum praefecit administrandis coenobii Lamspringensis virginalis redivitibus. Paulo post additus est honos *Praepositi*. In quo munere tantum diligentiae adhibuit, vt pleraque bona coenobii oppignorata, dilapsa et a notitia Abbatissae subducta redemerit, restituerit et denuo vindicauerit. Summa in primis cura in id incubuit, vt grammatophylacium ecclesiae, quod *Archivum* vocant, in iustum redigeretur ordinem. Quo labore ita defunctus est iussu Ducis Serenissimi Brunsvicensis, vt nullum viderim Archivum pulcrius dispositum et ad iura, praedia et redditus monasteriorum pernoscendos magis accommodatum. Testor *copiale auscultarium* Lamspringense, a. 1595. iussu Ducis elaboratum, quod mihi nuper permisso perquam Venerabilis et incomparabilis Abbatis Iosephi de Rokeyby ibi est ostensum a Domino praetore iudiciali. Anno 1620 idem a Duce conduxit annuos coenobii eiusdem et praefecturae Winceburgi redditus. Ac ne impar esset eis, quae peragenda videbantur potissimum, coenobio ad finem vitae praefuturus, praefecturam illam, adveniente Principe, a. 1626. in filium Henricum transtulit. Obiit a. 1635. 30 Ian. sepultus in templo coenobii Lamspringensis. Coniugale consortium cum vxoribus duabus, altera post alteram, coluit. Prior ex *Henrico Wirschio*, Abbate Ringelheimensi Euangelico nata, nomine Margareta, munera matrimonii 1594 contracti dedit filias quatuor, ac, propterea quod filiis caritura videbatur, in luctum et squalorem incidit tantum, vt desperatione propemodum torperet. Conspecta est inter haec feminae albae species in area Ringelhemii, *fridhof* dicta. Impavidus Abbatis puerorum informator, quid ipsa fieri vellet, tulit responsum: Peccare filiam generumque Abbatis, quod filias quatuor a Deo concessas fastidiant filiosque expetierint: Ionam lumina oculorum amissurum: matrem fastiditis filiabus mox iri orbatum tresque filios ob continuatas ad Deum preces enixuram. Euentus certe respondit vaticinio. At ne sic quidem coniuges sibi videbantur beati. Caecitas mariti et orbitas filiarum animos vtriusque mirum in modum affixerunt, quoniam neutri malo vllus hominum mederi poterat. Qua de caussa ad Deum conuersi templa construxerunt in fundis nuper adquisitis, *Harbarsen, Helmscherode et Euensen*. Tum denuo genium Ringelhemii adparuisse, dicitur, effatum, visum marito Abbatisve genero nouamque filiam vxori Ionae redditum iri. Constitit fides praedictioni. Obiit vero Margareta a. 1630, quae marito, praeter quatuor filias praemature exstinctas, pepererat tres filios vnamque filiam. *Petrus*, castra Martis secutus, cecidit in praelio ad Lutteram Barenbergicam a. 1626. De *HENRICO*, qui progeniem propagavit, dicendum est plenius et magis cohaerenter. *Tidelinus Iohannes* incoluit praedium Helmscherode. *Margareta* nupsit primum Henrico Philippo de Vslar; dein Georgio Reckio, Canonicis Goslariensibus. Anno 1631 Ionas pater nuptias celebravit posteriores cum Margareta, filia Henrici Petrei, consilii aulici Guelferbitani. *HENRICVS BURCHTORPIVS* vestigiis paternarum virtutum alacerrime institit. Inde enim a natali, qui in a. 1603. 7 Apr. incidit, egregiis litteris et indefessae pietati nauavit operam. Anno 1621 dedit nomen militiae, Duce Serenissimo Friderico Vlrico. At dimissio militum mox infecuta institutum vitae interrupit. Anno 1623 Canonicatum in ecclesia collegiata Goslariensi ad SS. Simonem et Iudam obtinuit. Ingruebant inter haec belli tricennalis turbae, quibus effectum, vt biennio vix elapso inde euiceretur. Quam ob rem satius duxit, curas occupatissimi patris subleuare, quam vitam otio contere. Suscepit enim a parente a. 1626 administrandam praefecturam Winceburgi ad annum vsque 1629, quo copiae Caesaris Electori Coloniensi, simul Episcopo Hildesensi, gratificaturi Winceburgum Ducibus Brunsvicensibus ademerunt. Henricus, difficultates belli pertaesus, Goslariam rediit, quam primo cognitores Caesarei vrgentes *edictum restitutionis*, dein Iesuitae ac tandem Sueci infestauerant. Quo quidem tempore consilium et opera eius Goslariensibus nulla in re defuit. Nunc enim accessit ad Reuschenbergium, Caesareum Guelferbiti praefectum militarem a. 1635, pro oppido Goslariae deprecaturus: nunc ad regni Suecici Cancellarium Oxenstirnum, cui Protestantes summam belli tradiderant, eodem anno 9 Iulii preces detulit: nunc ad Georgium Ducem Cellensem, circuli inferioris Saxonici praefectum Ducemque militarem, est pro-

protectus. *Una ac vice adu, de pronuntiat: I laudanda mihi videtur, pater in patria saluatus cum summo ro exactione aut re huius, in quem ipse dem retulit, ex qu*
 Id tamen di
 tulisse gratiam.
 cum missos, vrb
 loco supremi pr
 tatis copiarum E
 stea, vt exercitu
 multam centu
 GEORGIVS, D
 salinarum Gitter
 Slademensis fide
 cus, Electori Ce
 mio adiacentes.
 tradita hominibu
 Lutterae Barenbe
 te magis subterfuy
 premam curam pr
 hementi summus p
 sensit inuidiam pro
 tia. Quibus ratio
 Vt autem a colleg
 tiam operamque i
 magna ex parte r
 spes nitoris prifit
 sit ius hereditariu
 est praedia Cleps
 dium Reddeber et
 dreas Borneman
 uit ipse a. 1657.
 sciuerat a. 1626 A
 Simonis ac Iudae.
 ex Catharina Lap
 non defuit proles.
 hannis Vogtenii, I
 oris. Anno 1631.
 providentibus pare
 que disciplinis imbu
 Helmstadii finito, B
 gdonum peragravit.
 Hagen, filiam Henric
 cellariique Abbatissae
 lis *Inmedeshusen*, quo
 rum Steinbergii Wis
 perarunt id fundi a. 1
 et Iudae. A. 1667 fa
 ac Decanus sui colleg
 gitoris supremi belli
 renuntiatus est Consili

(1) In *Antiq. Goslar. P.*
 (2) *Kriegs-Commissarius*

GANDERSHEIMENSIBVS.

profectus. Omitto complures eius modi legationes, in quibus saepe pericula capitis ac vitae adiit, de quibus vere et candide IOHANNES MICHAEL HEINECCIUS (a) pronuntiauit: *In misera hac rerum omnium perturbatione ad omnem posteritatis memoriam laudanda mihi videtur HENRICI BURCHTORFII, Canonici SS. Simonis et Iudae, Senioris, pietas in patriam incomparabilis, quippe qui legatione, ad Suecos, Duces aequae ac Principes sedecies cum summo vitae periculo suscepta, prudentia sua ita flexit victorum animos, ut non raro exactiones aut remitterentur aut diminuerentur. Vidi integrum commentariorum eius fasciculum, in quem ipse Burchtorfius legationum suarum Acta, Commissiones vocant, accurate admodum retulit, ex quo tantus in patriam elucet amor, tanta viri prudentia, ut maior esse non possit.* Id tamen dissimulare vix licet, civitatem Goslariensem meritis eius exiguum retulisse gratiam. Quum enim, a. 1642 Hannoveram ad Ducem Christianum Ludouicum missus, vrbi suae de summo excubiarum magistro Pithanio prospiceret, qui eam loco supremi praefecti curaret: et ipse Henricus 28 Oct. cognitor actorum rei militaris copiarum Hannoveranarum, (b) vrbi infusarum, constitueretur; vsu venit postea, vt exercitus Caesareus praefidiarios Brunsvicensis inde depelleret, et Henrico mulctam centum ac quinquaginta loachimicorum, ciuibus haud inuitis, irrogaret. GEORGIUS, Dux Cellensis, ipsi a. 1641. 26 Ian. praefecturam Liebenburgi curamque salinarum Gitterensium demandauit, atque a. 1642. 15 Ian. inspectionem praefecturae Slademensis fidei ipsius adiecit. Anno 1643 Dux Brunsvicensis, Christianus Ludouicus, Electori Colonensi Ernesto, Episcopo Hildesensi, terras Episcopales, Hildesheimi adiacentes, reddidit. Quo ipso, Libenburi ac Slademii administratione nouis tradita hominibus, nostro fuit cedendum. Obtigit tamen ipsi a. 1644 praefectura Lutterae Barenbergicae. Accessit vnus et alter honoris gradus, quem generosa mente magis subterfugit quam quaesuit. Georgius Wilhelmus Dux ipsi a. 1649 obtulit supremam curam praefecturae Lauenstenensis. Ac, eodem anno ab Episcopo Hildesheimensi summus praefes omnium Episcopaliu praefectarum constitutus, e vestigio inuidiam procerum, odia religionis diversae et detrimenta bonis suis imminuit. Quibus rationibus ipse commotus, veniam tanti muneris desiderauit et obtinuit. Vt autem a collegio suo sacro mala auerteret, Ducis Brunsvicensis potentem clementiam operamque implorauit. Huius interuentu documenta scripturarum antiquarum magna ex parte recuperauit, reditusque communes mirifice et sic quidem auxit, vt spes nitoris pristini reuocandi reuiresceret. Pro tali praesidio Ducibus Serenissimis cessit ius hereditarium denominandi inibi vnum e Canonicis. Henricus a patre nactus est praedia Clepse, Harbarnsey et Hönze; ab vxore Anna de Stolberg obtinuit praedium Reddeber et Rediborum immune, iuxta Wernigerodam situm, quod nunc Andreas Bornemannus iunior, praefectus Stolbergensis, possidet. Debitum naturae soluit ipse a. 1657. 10 Iun. sepultus Goslariae inter fratres Canonicos. In torum adficiuerat a. 1626 Annam de Stolberg, viduam Iohannis Berends D. Med. et Senioris SS. Simonis ac Iudae, quam Comes Stolbergius Wolfgangus Ernestus, Wolfgangi filius, ex Catharina Lappen, vxore sua, ad marganicam ducta, susceperat. Coniugio non defuit proles. Anno 1628. 24 Sept. nata est Margareta Elisabetha, vxor postea Iohannis Vogtenii, praefecti Brunlsteinensis eoque defuncto Andreae Bornemannii senioris. Anno 1631. 14 Febr. in lucem editus fuit Henricus Albertus Winceburgi, qui prouidentibus parentum curis Goslariae et Bokenemi optimarum artium linguarumque disciplinis imbutus ad eximia quaeuis effloruit. Curriculo iurium discendorum Helmstadii finito, Batauiam, Brabantiam et Flandriam iustrauit, Galliasque vsque Lugdunum peragrauit. Reuersus in patriam anno 1653 vxorem duxit Annam Margaretam Hagen, filiam Henrici Richardi Hagen I. V. D. et Procancellarii Halberstadiensis Cancellariique Abbatissae Quedlinburgensis. Anno eodem praefectus euasit praedii nobilis Inmedeshusen, quod a Duce Georgio Wilhelmo Wrisbergiis fuerat adiudicatum. Verum Steinbergii Wispensteinenses, qui illud tenent ab ecclesia Paderbornensi, recuperarunt id fundi a. 1664. Anno 1657 Canonicatum obtinuit Goslariae ad SS. Simonis et Iudae. A. 1667 factus est praefectus Lutterae ad Barenbergum, et Vogtsdalemii, ac Decanus sui collegii. A. 1672 interfuit obsidioni Brunsvicensi, functus officio cognitoris supremi bellici ad acta constituti. A Serenissimo Rudolfo Augusto a. 1673. renuntiatus est Consiliarius aerarii principalis ac coenobialis. Obiit a. 1692. 22 Dec.

Zz zz zz z 2

pa-

(a) In *Antiqq. Goslar.* p. 579.

(b) *Kriegs-Commissarius.*

is, quorum multa intererit et nonnulla
 Febr. uero, littera deglutata in
 3, quatuor Ducali praesentat
 3, virgines vobis recepit Postquam
 ministrans cocooni Lanipropri
 nes Praepositi. In quo mense tam
 hi oppugnata, discepta et a tota
 so vindicauerit. Summa in prae
 ae, quod dicitur vocat, in
 ctus est Iulii Ducis Serenissimi
 spoliatum et si ara, praesentat
 odotum. Telle opus quatuor
 i, quod minime peramli peram
 de Rociety in est obitum a
 conditit annos cocooni et
 apor ellet eis, quae peragendo
 etur, praesentat illam, ite
 restit. Quat a. 1631. 30 Ian. Ipsi
 de confortum cum vinctus dicitur
 Ipsi, Abbat. Engelshaimi
 trionni 1594 contracti dicitur
 tur, in luctum et spulorem in
 Coispecta est inter hoc
 Impudicos Abbat. puerorum
 Pecare filiam generumque
 ique expecterit: Iam Iam
 in in otium neque filios ob
 te vobis vacina. At de
 as, mudi et vno filium
 an vinctum vna bonitate
 npla confidit in luctu
 dem deum genum
 e puerorum filiam
 it ven Margareta a. 1630, quae
 a, pepererat tres filios
 quod ad Lutteram
 quid, dicitur est
 sim Helmholtze. Margareta
 Georgio Rechio, Canonico
 uit postea cum Margareta
 HENRICVS BURCHTORFII
 te vno a natali, qui in a. 1631. 7
 nauavit operam. Anno
 ico. At dimisso milium
 523 Canonicatum in
 nit. Ingressus inter
 elapso inde dicitur. Quum
 art, quam vnam otio
 praefecturam Winceburgi
 nient, simul Episcopo
 abbas ademerunt. Henricus
 primo cognitores Caesari
 i infestauerunt. Quo
 re defuit. Nunc cum
 um militarem a. 1635, pro
 cellarium Oxensternum, cu
 luli preces dicitur: tunc
 praefectum Ducemque

parens tredecim liberorum et auus quadraginta nepotum. Vxor *Anna Margareta* liberos ipsi peperit duodecim largissimo proventu, defuncta a. 1690. 22 Ian. substituta est defunctae loco a. 1691. 28 Iunii altera *Anna Margareta* de Vslar, Goslariensis, ex qua procreatus est *Ernestus Anastasius Christophorus*, praefectus nunc Walkenredae. Maxime natu filia *Anna Sophia*, nupsit Iohanni Wernero Berkelmanno Consiliario aulico Guelferbitano ac Subseniori SS. Simonis et Iudae, a. 1687. defuncto. Henrico Richardo, iuris studioso, Hopingius, Chiromanta percelebris, annum diemque et genus mortis accurate praedixit, transosso tandem a. 1681 in certamine singulari. Extulit caput inter ceteros ANTONIVS VLRICVS de BVRCHTORF, in lucem anno 1672. 2 Ian. editus, possessor hereditarius praediorum equestrium *Hafferungen* et *Pustleben*: ac Dominus in *Harbarnsen* et *Hörsen*, seu *Hedershufen*, ex hypothecario iure. Anno 1702 capessit Gandersheimensis praefecturae habenas, et redditibus Canonicatus Gandensiensis frui coepit. Quantum ad dignitates sacras adinet, non satis habuit, frui redditibus annuis; sed propriis quoque sumptibus *Vicariatum S. Petri*, seu Simonis et Iudae redemit, vt semper aliquis praesto esset, qui debite officio propter id beneficium satisfaceret. Instituto tam pio summum benedixit Numen, quum a. 1725 Canonicatum SS. Simonis et Iudae idem adiit Goslariae. Consuevit enim vir generosus gradatim ad altiora ascendere. Anno 1712 heic Subsenioratum cum dignitate praefecti supremi, *Oberamtman* vocant, coniunxit. A. 1716. suscepit ab AVGVSTO WILHELMO Serenissimo Duce demandatam praefecturae Lutterensis ad Barenberg inspectionem. A. 1718 denominatus est *consiliarius praefecturae*. A. 1728 curam praefecturae Fürstenbergensis superiorem a Duce eodem traditam obtinuit. Eodem anno *Satrapa* clementissime adpellatus est nihilque reliqui facit, vt suum cuique tribuat. Ni Viro Generoso et mihimet ab obtrectatoribus metuerem, virtutes ipsius, non exponere, quod facere non valeo, sed aliquo orationis conatu adsequi adgrederer. Verum tanta est viri modestia, vt malit recte praeclareque facere, quam laudes vel quaerere vel recipere. Superest ex ipso et ex *IVLIANA BRANDES*, nata a. 1678. 11 Nou. ductaque a. 1697, vxore desidia feminarum exosa et diligentissima rei familiaris magistra, vnica heres *SOPHIA HELENA IOHANNA*, quae a. 1718 Viro generosissimo *VRBANO DITERICO de LüDEKEN* nupsit, satrapae Walkenredensi, possessori praedii equestris *Sikte*, filio summi maximique quondam patris *VRBANI DITERICI de LüDEKEN* Cancellarii et Consiliariorum intimorum primi penes Ducem Brunsvicensem Augustum Wilhelmum. Patris tanti memoria et laus meritisima ea est firmitate, vt exstingui seu intermori nunquam possit.

J. X.

Familia Buttneriana et Witteniana.

PETRVS Victor, seu Buttner.

| Petrus | Georgius | Zacharias Victor, consiliarius et Cancellarius Waldeccensis. |
|--|--|---|
| Iohannes Iureconsultus Isenacensis. | | |
| MICHAEL, natus Isenaci 1599. 17 Iun. Licent. Iuris, Canonicus et Senior Capituli Gandersh. † 1677. 4 Mai. vx. 1) <i>Prsula</i> de Lohueisen 1626 † 1641. 2) <i>Anna Geitel</i> † 1670. | Iohannes Costans | Iacobus. |
| Ioan- Iaco- Michael. † 1668. † 1642 | ANASTASIVS, Christiana Elisabetha. † 1646. iudicii aulici Guelferbitani, 1645 13 Mart. | <i>Anna Sabina</i> , 1648. 18. Nou. † 1703. Sept. nupta <i>Iohanni Witten</i> , Syndico Gandersh. † 1673. 13. Febr. filio Gerhardi consulis Gandersh. |
| Leopoldus Innocentius, † 1711 Isenac. | Philippus Wernerus Can. Goslar. Simon. et Iud. Vxor Iohanna Catharina Berkelmanni, Philippi Christophori, filia. | ANASTASIVS WITTEN natus 27. Octob. 1672. Vx. <i>Agnesa Sophia</i> , neptis <i>Joachimi de Geitel</i> Canonici ex filio <i>Petro Christophoro</i> . GEORGIUS WILHELMVS natus 1709. 11. Mart. Canonicatui per me initiatus 1731. 5 Febr. |

MI-

DISS.
MICHAEL,
giam ipse conscrip
siste doctus et reru
endi saie circa t
verum:

Subiecit Rector P

Gandesia est tripa
praefectus castri
res plerumque gli
prestit:

Moenibus
Odit enim

ANASTASIVS,
exercuit. Calci
sappeditavit prae
fuit sacrorum cul
norum Capitulari
phoro, administra
irugalem et ornam
randi Capitularis e
que cultus rite obe
meo iure fufius, n
partem in me transl
stulat:

AGNESA IOHAN-
SOPHIA, NESGER-
vxor A- HARDVS
nastasi praefectus
Witten in Aller-
Canoni- sen † 1730 f
ci 25 Aug.

Genus et merit
no. Genealogicam t
cristimabit. En lucc

MICHAEL, Canonicus et consiliarius nonnullarum Abbatissarum, suam genealogiam ipse conscripsit. Fuit facundus, facetus, diues venapoetica, promptus, exquisitè doctus et rerum suarum minus negligens. Permiserat Rectori facultatem exstruendi suile circa templi confinia, ac ei exstructo praeter opinionem adscripsit verbum:

Haram construxit rector male sanus ad aram.

Subiecit Rector Presunius:

Consensit Senior, multo qui stultior illo.

Gandersia est tripartito magistratui subiecta. Est enim in ea Abbatissa cum Capitulo: praefectus castri Ducalis: et praetor cum senatu oppidano. Inter horum adfectatores plerumque gliscunt odia et aemulationes. Hoc Michael Buttnerus idem sic expressit:

Moenibus in nostris tria S. sibi multa faceffunt.

Odit enim Seist Stadt: Stadt Stift: Schlos odit utrumque.

ANASTASIVS, patri non dissimilis, Iurisprudentiam cum adplausu et lucro magno exercuit. Calculi doloribus laborauit, quibus ipse quum mederi vellet, ansam morti suppeditauit praematurae. IOACHIMVS de GEITEL, adfinitate illi iunctus, frequens fuit sacrorum cultor, vir amoenus adloquio, ioci per seria architectus, et uiuus bonorum Capitularium index. ANASTASIVS WITTE neptem eius ex filio Petro Christophoro, administratore fundi Academici Schachtenbecke, in matrimonium duxit, piam, frugalem et ornamentis sui sexus condecoratam. Maritus, tali vxore dignus, iurisiurandi Capitularis ex asse custos, nil in sese desiderari patitur, quo cantus canonicus Deique cultus rite obeatur. Gratulor parenti de optimo filio, cuius virtutes exponerem meo iure fusius, nisi ex encomiis illius, quem ipse artibus scientisque optimis erudiui, partem in me translaturus esse viderer. Geitelianum genus ita vt formetur, res ipsa postulat:

I. de Geitel senator Brunsvicensis
Vx. filia Röhrhandi consulis
Brunsvic.

IOACHIMVS † 1694. 28 Mai. Vxor
Woltmannia Brunsvicensis.

Petrus Christophorus administrator
Schachtenbeck. † 1702. Vx. Catharina
Vriula Büttneri. † 1730.

Iohannes Michael possessor
praedii Rendorodensis ad Ienam.
Vx. Catharina Dorothea Witten.

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|--|--|---|--|---------------------------|--|
| AGNESA SOPHIA, vxor A. nastasi Witten Canoni- ci. | IOHAN- NES GER- HARDVS sen † 1730 25 Aug. | Iohan- nes Da- niel pastor in Aller- Hoën- sis. | Philippus Christi- an9 succesor fratris in praefe- ctura Al- lerfen. | Iohan- na Ko- rina Elisabet nupta pastori in Goll- Eiken. | Clara Ma- ria, vxor Pastoris Io. Ern. Niemeieri in Goll- bach. | Dorothea Regina, nupta Andrae Stegman- no, con- suli Huxa- rienfi. | Iohan- na Fri- derica, nupta Schäffe- ro. | Catha- rina Sophia. | Paulina Maria, nupta Schwarz- zio. |
|---|---|---|---|--|--|---|--|---------------------------|--|

§. XI.

Genus et merita Berkelmanniorum extremis digitis adtingere, e re nostra est omnino. Genealogicam tabulam praemittendam esse, nemo vnus, a scopo alienum fore, existimabit. En luculentissimam et flore perpetuo dignissimam progeniem!

N. N. pater commoratus Neostadii ad Rübenberge.

LAVRENTIVS, praefectus aerarii Guelferbitani Ducalis, Confiliarius praef. et metall. Vx. Anna Hudemanni.

THEODORVS, Rector Riddagshus, Prof. Th. et D. Helmstad. dein Abbas Amelunxborn. et Superint. gener. Gotting. natus 1576. 9 Nou. † 1646. 30 Jul. Ux. Sophia Mehrdorf, ex qua 10 filios et 2 filias procreavit.

| | | | |
|------------------------------|--|--|--|
| Johannes, praetor Hame-lens. | Julius Secretarius aerarii Ducalis. vx. Ill: Bartels, 2) Ilse de Reiten. | Petrus Laurentio ICtus et Canonicus SS. Bonifacii ac Mauriti Halberstad. vx. Catharina Varnwalt. | WER- NERVS DA- NIEL, quaestor metal- licae rei in Herci- nia inferiori natus 1605. † 1673. vxor Dorothea, vxor praefecti Gerdingi, † 1672. |
|------------------------------|--|--|--|

| | | | | |
|--|--|--|--|---|
| Andre- as, Se- cret. Got- ting. | N. N. pa- stor Ha- mel. Laurentio Iulus, N. N. Ca- nonicus. Ditericus Herm. praefectus Schening. | M. Petrus Valentinus pastor Ros- dorf. ad Gotting. | Iohannes Wilhelmus Lic. Med. Physicus et Confilia- rius ac Ar- chiater Ferd. Al- berti Ducis Brunsvie. Bevcrn. | Daniel Fride- ricus quaestor milita- ris Ducis Io- hannis Fride- rici. |
|--|--|--|--|---|

| | | |
|--|--|---|
| Fridericus Ulricus. † in infantia. | IOHANNES WERNERVS Confil. aul. Duc. Guelf. Subsenior. Can. SS. Sim. et Iud. † 1687. vx. Anna Sophia Burchtorff. | PILIPPVS CHRI- STOPHORVS quaestor Ducalis rei metallicae per Hercin. inferior. vx. 1) Magdalena Hedewig Sliiteri. 2) Sophia Elisabe- ta Coneringii. |
|--|--|---|

| | |
|--|--|
| IOHANNES THEODORVS Physicus Gand. Archiater Au- gusti Wilhel- mi Ducis ac Abbatissae. Vx. - - Bokel- mannia. | Andreas Iulius, ec- clesiastes Selzensis ad Hanno- veram. |
|--|--|

Duo filii et to-
tidem filiae.

| | | | | | | | | | | | |
|--|--|--|--|--|--|---|--|--|---|-------------------------------------|-------------------------------------|
| Doro- thea Hede- wig † 1713. impro- lis. Ux. Riesii confi- liarii Stol- berg. | Anna Marga- recta vx. Conra- di de Lent- ken. Canon. SS. Sim. et Iud. Goslar. | HEN- RICVS NERVS Subse- nior Canon. SS. Duca- lis per Sesam etGan- dersh. | Anna Sophia. Dite- ricus Philip- pus, praetor Duca- lis per Sesam etGan- dersh. | Maxi- milianus Dite- ricus Philip- pus, praetor Duca- lis per Sesam etGan- dersh. | IO- NES AL- BER- TVS. Can. Gand. | 1. Doro- thea Hede- wig vx. Confil. Chri- stophori Men- ten. | 1. Iohan- na Ca- thari- na. vx. Philip- piWerni- Butt- neri. | 2. Diteri- Werner Confil. Guel- ferb. | 2. Lucia Augu- sta vx. steri † 1730. | 2. Hen- rietta Sophia † | 2. Her- mannus Iulius † |
|--|--|--|--|--|--|---|--|--|---|-------------------------------------|-------------------------------------|

Vitam Theodori Berckelmanni ex professo scripsit Director Gymnasii Gothani merentissimus STVSSIUS. Mihi ad manum est charta, a Theodoro ipso maximam partem conscripta, quae sic habet:

THEODORVS BERCKELMAN natus est anno 1576 Neapoli, qui locus in Ducatu Calenbergico ad montem raparum situs, et quondam a Ducibus duobus ERICIS multum amatus sit. Pater fuit Iohannes Berckelman, cuius istius loci bonus, quem primo aetatis suae anno amisit, mater Adelheida Brasen, senatoris in patria filia. In scholis Ducatus huius claustralibus, auctore et promotore fratre LAVRENTIO BERCKELMANNO, camerae praefecto principali, stipendiis munificentissimi Principis HENRICI IVLII aliquot annos bonis litteris operam dedit, e quibus per ordinem quasi per classes eundo, ut prudenter erat institutus, in academiam Iuliam anno 1598 translatus, Philosophiae et Theologiae studiis totum se dedit feliciter. Factum enim, ut post praeclara edita specimina a. 1601 a M. Iohanne Potino Graecae linguae Professore philosophiae Magister, anno autem 1616 a Casparo Fuchtio S. Theologiae Doctor solemniter creatus et

DISS. V
et venantius fuerit
lae Riddagshus
Serensius Ducis He
studia sacra non pro
tunc solummodo me
liberrimeque magistru
no 1609 ut Professor
cipal sacra docere it
admonstravit, quo
nitum anno 1627 a
discepulis, vi pulsus,
tam et reportatam
de coactus fuerit.
1645 in claustru Ab
lem egit, cum magno
expositus. Anno 1
in aula Ducis Frid
qui publicis honorib
fessor quoque erat et
sima. Concise haec
Ex filio Iohanne W
filiario FERDINAL
dorus et Andreas Iul
ras Gandersheimii e
censi, tum regente,
zensi prope Hannov
Wilhelmo, Barone i
to, cuius ille studiis
gnatus, ad summo
et huic tandem filii
am Laurentius; et
fectus, multisque
rico, a satrapa Ser
vt insidiis adpetit
rit. Eminuit enit
cturarum. Vxor
vocati ad dicasteriu
Corvini celeberrim
1605. natus fuit W
Herciniam inferiore
Hedewigis, Viti Cr
Werneriae filia, q
Horum primus admo
licus Guelferbitanus,
ensis Subsenior, ex A
beris progenitis, obii
minarum, quae vitar
CVS WERNERVS,
pars collectarum antiq
CVS PHILIPPVS, frat
dershemium, ac lectu
bris Lutterensis filia.
ecturae vtriusque ma
nari existant trochitae
bulculae coralliorum es
v plurima, cochlitae
tere innumera intellect

(1) MEIBOMIUS in Chron

et renuntiatus fuerit, in testimonium praeclaræ utriusque eruditionis. Anno 1602 Rector Scholæ Riddageshusanae constitutus fuit, in qua prouincia quum tres (a) annos mansisset, auspiciis Serenissimi Ducis Henrici Iulii in Academiam Tubingensem profectus est, et, ut egregie coepta studia sacra non promouere modo, sed et commodius tractare posset, optimus Princeps eius fortunam subleuauit numerato stipendio non uno. Fuit Tubingae per quadriennium, sub optimis celeberrimisque magistris ipse Magister, docendo ac praesidendo disputationibus se perficiens. Anno 1609 ut Professor theologiae extraordinarius, et triennio post ut ordinarius, auctoritate principali sacra docere iussus est. Quas partes summa fide et in defesso studio usque in annum 1625 administravit, quo Abbas Amelunxbornensis designatus fuit, quod munus demum ob Tyllii saeuitiam anno 1627 adiit. Biennio post nempe 1629 vi mandati restitutorii a Pontificiis inde cum discipulis, uipulsus, abiit uelut exsul Eimbecam, ubi haesit, donec post insigne Lüzense praedium et reportatam ab hoste magnificam victoriam sirogatus Pontificiis Abbas ipsi anno 1632 cedere coactus fuerit. Ab illo tempore, anno scilicet 1632, ferali isto tempore, usque in annum 1645 in claustro Amelunxbornensi Praesulem et in Dioecesi Gottingana Superintendentem generalem egit, cum magna fidei ac diligentiae laude, calamitatibus quamuis variis et periculis saepius expositus. Anno 1613 cum honestissima uirgine SOPHIA, Henrici Mehrdorfii, Maioris Domus in aula Ducis Friderici Vlrici, filia, Guelferbiti fecit nuptias, ex qua XII liberos, quorum aliqui publicis honoribus ornati, suscepit. Obiit uir pius et doctus in Domino Gottingae, ubi professor quoque erat theologiae in paedagogio, mensis Iulii die XXX. a. 1645, relicta uidua moestissima. Concise haec adnotata sunt in epitaphio, quod ei Gottingae erectum uidere est. Ex filio Iohanne Wilhelmo, Medicinae Licentiatu, consule Eimbecensi, archiatro ac consiliario FERDINANDI ALBERTI, Ducis Brunswicensis Beueriani, nati sunt Iohannes Theodorus et Andreas Iulius, quorum ille Physicum agit ac Medicum per oppida ac praefecturas Gandershemii et Sefae, renuntiatus tandem Archiater a Serenissimo Duce Brunswicensi, tum regente, quem e morbo difficillimo eripuerat: hic Pastoratui praestitit Selenzi prope Hannoveram. LAURENTIUM BERKELMANNUM educari iussit cum Wilhelmo, Barone in Harem et Lisfeld, ex Catharina de Wodan et Erico olim procreato, cuius ille studiis elegantioribus comes additus et Ducis a secretis et epistolis designatus, ad summos processit honores. Erico a. 1584 defuncto, successit Dux Iulius et huic tandem filius Henricus Iulius. Vtrique adprobauit virtutem et eruditionem suam Laurentius; et illius fuit a secretis; huius autem gratia redditus est Camerae praefectus, multisque fauoris supremi speciminibus compos exstitit. Regente Friderico Vlrico, a satrapa Streithorstio duriter habitus, rationes suas optima cum laude sic subduxit, ut insidiis adpetitus perstiterit animosior felicitatemque intactam ad posteros transmiserit. Eminuit enim ad obitum ornatus elogio consiliarii rerum metallicarum ac praefecturarum. Vxor ipsius, Anna, filia fuit Danielis Hudemanni, patricii Mindensis, Advocati ad dicasterium supremum ac iudicium aulicum Guelferbitanum, qui Barbaram, Coruini celeberrimi reformatoris filiam, in matrimonio habuerat. Ex Laurentio a. 1605. natus fuit WERNERVS DANIEL, quaestor Ducalis (zehntner) rei metallica per Herciniam inferiorem, qui obiit a. 1673. Huic nuptum data et elocata est Magdalena Hedewigis, Viti Crullii consiliarii et Camerae Guelferbitanae praefecti ac Magdalенаe Werneriae filia, quae in lucem edita a. 1607. et marito tres liberos enixa, obiit a. 1672. Horum primus admodum puer decessit. IOHANNES WERNERVS, Consiliarius aulicus Guelferbitanus, et Canonicus coenobii Imperialis SS. Simonis ac Iudae Goslariensis Subsenior, ex Anna Sophia Burchtorfia, quam supra (§.10.) indicauimus, sex liberis progenitis, obiit a. 1687. Vidua ei in hunc diem est superstes, exemplum feminarum, quae vitam ad feros annos per moderationis virtutem prorogant. HENRICVS WERNERVS, filius, Subsenior aedis sacrae SS. Simonis et Iudae, fuit magna pars collectarum antiquitatum Goslariensium Heineccii. MAXIMILIANVS DITERICVS PHILIPPVS, frater, praeturam gerit, Ducis nomine, per oppida Sefam et Gandershemium, ac lectissima gaudet coniuge Clara Margareta Elisabetha, Clevii praefecti maioris Lutterensis filia. IOHANNES ALBERTVS coelebs, iurium peritissimus, architecturae utriusque maxime et in paucis gnarus. In lithophylacio eius et copioso et rariori exstant trochitae specierum centenarum, radices encrinorum luculentissimae, arbusculae coralliorum encrini, bufonitae perpulchri, nautilitae, conchyliia diuersissima ac plurima, cochlitae inusitatae speciei, cornua Ammonis plurimorum generum et fere innumera intellectus diuini in eis, quae calcamus, specularia ac documenta. In

hifce

(a) MEIBOMIUS in Chronico Riddageshusano p. 412. To. III. rct. Germ.

hiscæ spectandis et ordini accommodandis labores saepe et animi defatigationes sumus solati. In acceptis ei fero permulta momenta historica, figilla nonnulla, librosque huic operi adhibitos vel sumtuosiores vel rariores.

DISS. VI.
DE
EXEMPTIONE ECCLESIASTICA.

- Synopsis. §. 1. *Monasteria Episcopis subiecta.*
 §. 2. *Sensim iurisdictioni Episcoporum sese subtraxerunt.*
 §. 3. *Exemptio monasterii Ludolfini per institutionem et confirmationes Pontificum corroborata.*
 §. 4. *Ea olim et nuper in controuersiam vocata.*
 §. 5. *Ipsa fuit sublata controuersia decisione Pontificum et Ven. Schannati.*
 §. 6. *Abbatissae tamen Episcopalem curam obire non potuerunt.*
 §. 7. *An ipsae penes Protestantes ius consistoriale obtinere & possidere queant.*
 §. 8. *An teneant illud ex tempore reformationis.*

§. I.

Simulac religio christiana radices agere coepisset, non defuerunt, qui ultra id, quod sacris litteris proditum est, sapere maluerunt. HERMAS (*) Visionarium egit, Apostolis singulis nondum extinctis, eaque sibi adparuisse finxit, quae maximam partem nullius sunt momenti, supposita, et falsa. Ansa hinc data inhiandi sublimioribus, ac hinc enarrationi articulorum fidei aridiori, inde Mysticismo ac Platonismo stamina subnata. Fautores Mysticismi secessum praetulerunt vitae turbulentæ: ac vitiorum extirpationem quaesierunt per commercii humani fugam. Vtrimque sensim ad extrema itum. Qui homines fugiebant, quique errores doctrinae studiose declinabant, immunitatem a peccato extra sese circumspexerunt. Discidium peperit vitia obtentu criminum euitandorum. Ex vna parte misanthropiam et ex altera persecutionem errantium amplexi sunt, quotquot arbitrio suo res diuinas aestimarunt. Amor solitudinis peperit anachoreticam vitam et monasteria. Initio fratres vocabantur, qui societatem eiusmodi inibant. Seniores, qui vitae erant probatae doctrinaeque ad usum vitae ipsius compositae, instruebant ceteros, sacramenta dispensabant, et consensu societatis suae malitiosos e commercio suo excludebant. Clerici sensim traxerunt ad sese auctoritatem seniorum, verbi expositionem, ac sacramentorum administrationem. Coetus totus eiusque nomine senior absoluebat eum, qui ad frugem redierat et emendatori vitam sese eis adprobauerat, quos exemplis prauis offenderat. Adprobatio illa vocabatur *satisfactio*; impetratio autem veniae adpellabatur *meritum* ratione obtinentis, et *absolutio* respectu dantium. In agapis Senior familiae dispensabat sacra. An ea peccata a coetu remitti possent peccatoribus, quae in solum Deum erant admissa, quaeri coeptum est, quum Nouatianismo iretur obuiam. Ex adfirmatione quaestionis orta est confessio peccatorum omnium eorumque absolutio ecclesiastica. Hanc sacerdotes sensim sibi vindicarunt, ac remissionem peccatorum, quam vere conuersis legati diuini adnuntiare, et generatim et speciatim dato casu adplicare debent, commutarunt in consuetudinem, locumque peculiarem confessioni, ac absolutioni tribuerunt. Inter presbyteros deinde eminuerunt Episcopi; inter coenobitas Abbates. Illi hosce paullatim suae submiserunt ditioni. Inter Episcopos nonnulli porro caput extulerunt et Archiepiscopatus honore sese

(*) HISTOIRE des Papes à la Haye a. 1732. 4. p. 34. To. I. LE SVEVR Hist. de l'Eglise et de l'Empire ad 2. 146.

fese amant, h
deducta, origi
mam obtinuit Ro
niam. Species sa
episcopalis erat ac
potentia Britanno
legitima semper
gram, Romanis
in ambitionem sa
sus, quoad florebat
exigere videbatur
ctortas praesto et
sponsa a regentis
primis Romano l
Ex eis missi sunt
ethnicorum, Ar
no probe imbut
iutores facultates
simus stipi obtex
datiorem vitam tr
endos, exacti. I
eis enim Regum p
redibant. Ordo h
christianis caro con
Reliquias sola fere R
terant. Commerci
runt. Initio quide
tur ad regulam, a
ex Abba, dicere co
bi norant obstringi
diderunt obnoxios
regulas ordinis cu
Id tamen impedit
presbyterorum su
rum iussa subterfui
maluerunt dicto a
TRVM inter haec
li ianitore, (d) ex
litteras bullatas, a
bitae autem cruce
runt. Initia vitae a
frigide excepti desti
nandini Papis resistere

Quum Episcop
qui in coenobia secessi

(a) CHRONICON SAXON.
 (b) Idem CHRONICON
 (c) CONCIL. Chalcedon.
 et privilegia Abba
 August. Vindel. ut
 Levitae L. VI. c.
 L. II. c. 8. Conf.
 cesu et Hierarchia
 (d) CHRONICON ANGL.
 (e) BASNAGE Annal. Po
 p. 146. vbi quoque
 et le St. Esprit ne
 merairerent le voer